



Thomas Kirchmaier (quem Naogeorgum dixere) natus est Straubingæ in Bauaria inferiori, anno circiter 1511. Is cum felici ingenio esset præditus, in patria prima literarum fundamenta iecit, ac deinde ad varias academias, præsertim Ingolsta diensem et Tubingensem sese contulit. in ijs liberalibus artibus incubuit, atq; in primis Poeticæ operam dedit. Hisce quoq; studijs Theologiam adiecit, atq; talem sibi eruditionem comparauit, ut uiris doctissimis conferretur, & honestis officijs in Vuirtëbergensi ducatu præficeretur. Cum autem Carolus Cæsar anno 1547 per Germaniam ferè uictor esset, atq; nouam docendi in Ecclesijs formulam in Augustanis comitijs proposuisset, Thomas eum ducatum reliquit, atque Basileam ueniens ibidem ad tempus Iurisprudentiæ uacauit. Postea autē pace per Germaniam comparata, in priorem ducatum redijt, & Ecclesiasticā functionem magna laude subiit.

lam in Augustanis comitijs proposuisset, Thomas eum ducatum reliquit, atque Basileam ueniens ibidem ad tempus Iurisprudentiæ uacauit. Postea autē pace per Germaniam comparata, in priorem ducatum redijt, & Ecclesiasticā functionem magna laude subiit.